

uia moraliter , puta ieiunia , orationes , elemosynæ , ita sunt mortua , vt quantū cung ; polet resurgat a peccato , etiam finaliter salvandus , nihil pro his exter- na beatitudinis , nullum gloriae gradū reportatus sit , nō plusq ; si talia non egisset . Exempli gratia . Si homo triginta annis in mortalí peccato viuit ; & in 31 . anno conuertitur per pénitentiam gratiamq ; acquirit , in qua eodem anno moritur , ille homo p̄m̄iabitur in celo secundū gratia , quā habet , & opera sola in 31 . anno facta , & non secundum opera quantum cung ; in 30 . annis ope- rata , etiam si 30 . eccl̄ias 30 . hospitalia fundasset , si continuis 30 . annis , quibus in peccato fuit mortalí , ieiunio , & disci- plinis suū corpus acerrimè castigasset . Dura videretur hæc sententia , & incre- dibilis , si non aperto scriptura testimo- nio probaretur . Audiamus itaq ; Paulū 1 . Cor . 13 . dicentes . Si linguis angelorū loquar , & hominū , charitatem autē nō habeamus , factus sum &c . Si proph- etiam habuero , & mysteria nouerim , & omnem scientiam , & fidem , ita vt mon- tes transferam , charitatem autem &c . nihil sum . Et si in cibos pauperum tradi- dero omnes facultates meas , & corpus meum , ita , vt ardeam , nihil mihi pro- det . Hæc ille . Non tamen ideo peccato- res cessare debent bonis operibus , quo- niā licet non aeterno p̄m̄o retrai- buentur , tamen condig : ab eo , qui nec minimū bonū reliquit irremuneratū .

Tertiū mortifi- - tale , et , quia mortificat omnia opera bona , & meritoria prius ex charitate elicita , secundum illud Eccl . 10 . Qui in uno peccauerit , multa bona perdet . Cum enim peccatum mortale secundū p̄missa ponat hominem extra statū gratiæ in itatum damnationis , in quo si moritur perpetuò cruciabitur , sequi- tur , quod opera bona , que fecerit ex charitate , nunquam p̄m̄iabitur æ- terna gloria , & per conseq̄ens morti- ficanter . Et hoc exp̄s̄e per Ezech . 18 . dominus clamat , Si inquit , iustus , auerterit se à iustitia sua , & fecerit iniq- uitatem , nunquid vivet ? Omnes iustitie

eius , quas fecit , non recordabuntur . Ve- rum inter hæc opera , & priora talis est differentia , quoniam per pénitentiam mortificata reuiuscunt , sed non ope- ra mortua . i.e. extra charitatem facta Ma- ner enim semper in peccatore ius quæ situm ad p̄m̄ium condignum accipiē dum cessante impedimentoo , quod si nō cessabūt , nūquam recipiet m̄r̄cedem . Quartū . Quartum est , quoniam disponit , & ad viliora peccata , secundū illud Gre- go . 27 . moral . Peccatum quod per pén- tientiam non diluitur , mox suo ponde- re ad aliud trahit . Videmus quidem ex experimentaliter , quam facile peccata ite- rant , qui innocentiam perdiderat . Huius autem gemina ratio dari potest , quoniam peccata quandam habent inter se connexionem , sicut erant vitutes , li- cet non tantam . Vnde adulteri magis dispositus est ad homicidia ) vt David odia furtæ , superbiam &c . & sic de aliis . Secundū quia actus relinquit post se ha- bitum , vel faltem gradum eius ad similem actum inclinantem , vt dicitur 2 . Eth . Ex actibus frequentatis &c . Ideo valde caendum est ab iteratione pec- catorum , quia difficile ab eis resipisci- tur propter vitiosum habitum . Hinc dicitur Hierony . 13 . Si mutare potest Äthiops pellē suam , & pardus varia- tates suas , & vos poteritis benefacere , cū dicideritis malum . Malum didicis , qui longe consuetudinis exercitio mala cu- mulavit . Quod valde attendendum est ab his qui diebus suis valetudinis frui volunt in peccatis , præsumentes con- uerti tandem in lenis , quibus si dimittere peccata nunc est difficile , quanto difficeris erit dimittere ea iam longa conuertudine quævis in naturam ? Et vt paucis singula concludam . Sicut omnia sancti in bona , ita omnia pec- catoribus conuertentur in mala . Eccl . 39 . Quare tanta damna vitantes , pec- catorum mortalium vepres à nostro agro radicantes , fatigamus agrum ani- ma nostræ virtutibus colere , vt suscep- tum domini verbum fructum faciat centuplum . Tantum de secundo . Audi- fitis , quomodo terra nostra peccato-